

Maturité gymnasiale

Session 2021

**EXAMEN DE L'OPTION SPÉCIFIQUE LATIN**

Version latine

Durée : 3 heures  
Matériel autorisé : dictionnaire latin-français *Le Gaffiot* ; *Le Petit Robert* ; *Latin Forum 11<sup>e</sup>*

## La statue de Cérès à Henna

*Représentant du pouvoir romain en Sicile, Verrès en a profité pour dépouiller l'île de ses objets les plus précieux et les plus sacrés... Dans un procès qui sera l'un de ses plus grands succès, Cicéron défend la cause des Siciliens et accuse Verrès du vol d'une statue de Cérès à Henna, une ville située en plein centre de l'île.*

Vetus est haec opinio, iudices, quae constat<sup>1</sup> ex antiquissimis Graecorum litteris ac monumentis, insulam Siciliam totam esse Cereri et Liberae<sup>2</sup> consecratam. Nam et natas esse has in iis locis deas, et fruges in ea terra primum repertas esse arbitrantur<sup>3</sup>, et raptam esse Liberam, quam eandem Proserpinam vocant, ex Hennensium<sup>4</sup> nemore<sup>5</sup>.

- 5 Propter hujus opinionis vetustatem, quod horum in his locis vestigia ac prope incunabula<sup>6</sup> reperiuntur deorum<sup>7</sup>, mira quaedam tota Sicilia privatim ac publice religio est Cereris Hennensis<sup>8</sup>.

*Cicéron ajoute, en donnant de nombreux exemples, que bien au-delà de la Sicile et y compris à Rome, on voue un culte extraordinaire à la Cérès d'Henna.*

<sup>1</sup> constat, are, stiti + ex : s'appuyer sur

<sup>2</sup> Libera, ae, f. : autre nom de Proserpine (fille de Cérès)

<sup>3</sup> sujet sous-entendu : Siculi (les Siciliens)

<sup>4</sup> Hennenses, ium, m. pl. : les habitants d'Henna (manière de désigner la ville)

<sup>5</sup> nemus, oris, n. : la forêt, le bois

<sup>6</sup> incunabula, orum, n. pl. : le lieu de naissance, le berceau

<sup>7</sup> deus peut signifier *la divinité* (et donc désigner aussi une déesse)

<sup>8</sup> Hennensis, is, e : d'Henna

Non obtundam<sup>9</sup> diutius : etenim jamdudum<sup>10</sup> vereor ne oratio mea aliena ab iudiciorum ratione et a cotidiana dicendi consuetudine esse videatur. Hoc dico : hanc ipsam Cererem antiquissimam, religiosissimam, a C. Verre ex suis templis ac sedibus esse sublatam !

- 10 Qui tandem istius animus<sup>11</sup> est nunc in recordatione<sup>12</sup> scelerum suorum, cum ego ipse in commemoratione eorum non solum animo commovear, verum etiam corpore perhorrescam<sup>13</sup> ? Versantur ante oculos omnia : dies ille quo, cum ego Hennam venissem, praesto<sup>14</sup> mihi sacerdotes Cereris cum infulis<sup>15</sup> ac verbenis<sup>16</sup> fuerunt, contio<sup>17</sup> conventusque civium ; in quo ego cum loquerer, tanti fletus gemitusque fiebant ut acerbissimus tota urbe luctus<sup>18</sup> versari videretur.
- 15 Non illi bonorum direptiones<sup>19</sup>, non contumelias<sup>20</sup>, quibus vexati oppressique erant, conquerebantur<sup>21</sup> ; Cereris numen, sacrorum vetustatem, fani religionem istius sceleratissimi atque audacissimi supplicio expiari volebant : omnia se cetera pati ac negligere dicebant.

Cicéron, *Verr. II*, 4, 48-50 (coupures)

---

<sup>9</sup> obtundo, is, ere, tudi, tusum : importuner, fatiguer

<sup>10</sup> jamdudum : depuis longtemps, depuis un moment

<sup>11</sup> animus, i, m. : l'état d'esprit, le sentiment

<sup>12</sup> recordatio, onis, f. : le souvenir, le rappel

<sup>13</sup> perhorresco, is, ere, horruī : frissonner, frémir

<sup>14</sup> praesto esse + datif : se présenter à

<sup>15</sup> infula, ae, f. : la bandelette, le bandeau sacré

<sup>16</sup> vervena, ae, f. : le rameau (de laurier, d'olivier ou de myrte)

<sup>17</sup> contio, onis, f. : l'assemblée

<sup>18</sup> luctus, us, m. : la douleur, la détresse

<sup>19</sup> direptio, nis, f. : le pillage

<sup>20</sup> contumelia, ae, f. : l'outrage, l'affront

<sup>21</sup> conqueror, eris, i, questus sum : se plaindre de, déplorer